¶ Amplius vinum saluatum multum confortat nervos totius corporis, qd melius ex eo fiet, si sumatur in principio q. in fine. Amplius, vinum quod recipitur in processu, debet sumi ad cibi permixtionem, vel sitis extinctionem, propter quod nullum debet bibi vinum saluatum: nam quantitas que ex eo bibi debet, debet esse minor, q. oportet ad predictam. Si tamen post omnem cibum parum sumeretur ex eo cum nebula vel pane tosto, ad orificium stomachi roborandum, & digestionem in eo confortandam: forte esset laudabilis, quam sumere claretum, vel alia uina acuta valde, vel alia que multum sunt fumosa, & capitis repleta. Bene autem considerandum est, quod vinum saluatum fiat ex saluia, que in loco deserti creuerit, ubi serpentes non fuerint: iurini & conuersati. Libenter enim consueverunt serpentes morari ubi creuit saluia. Quare ubi saluia sit appo

De uino  
non salsuato.

Vinum saluatum confortat nervos totius corporis  
Tosta saluia  
to uino  
desert  
leposo

Ista res mouent ebrietatem.

# De uinis.

natur rutila, ga serpentes fu giunt rutilam. Nō igitur recipiatur salia, nisi in loco ubi est magne copia rute. Vinum autem rosatum in aestate est conueniens, propter temporis feruorem, & in complexione calida, & in habentibus uiscera calida, & in his q̄ dispositi sunt ad fluxum uel uomitum cho-

**tos como blancos:**  
**y assi en Pelayos:**

**Vinum lericum.** Sed in sanitatis regimine, uinū simplex est magis conueniens. Quidam autē plus bibūt tale uinum propter uoluntatem, quam propter necessitatem. Vinum autem euulsum, multum confortat cor, & membra adiacentia. Habentes autem cor debile & stomachum: & specialiter propter frigiditatem & humiditatem utentur uino euulato in pauca quantitate, sicut dictum est de uino saluiato. Etiam est notandum multa alia de uinis, secundum Arnaldum de Villano-ua, doctorem excellentissimum, cuius contextus ralis est. Cum in istat tempus in quo medicina lia confici solent uina. Ecce quorundam uisuales cōfectiones, quas prae mēte habeo, hic describo, cum potestatis siue laudibus eorundē: & re ceptam similitur electuarij regalis, de quo fecit aliquando mentionem. Laudamus inquit uinū de bona uite ad consciendum, & maxime palmeum, id est coloris palmae, uel sicut album, cū in substantia subtilius & receptibilius im- pressionum & colorum. Est etiam amplius uinum palmecum siue album ex parte habens operationem uini debilem, quae sufficit ad deferendam uirtutes rerum incorporatarum in eo per singula membra, cum apprehensione, et delectatione naturae. Nec sui quoddam experanti fortitudine remitti ac fluere facit qualitates actiuae carum, quae in eo exemplificantur, sicut est græcum, aut simile, quae elongata sunt a consuetudine periti medici in hac parte. De hoc quoq; uino intellexit Gal. cum dicit. Vinum quoq; palmeum est melioris saporis et odoris, quā cetera uino. & uina quaedam ferita per se ipsa, ubi expectant, sunt medicina, & ubi non, efficiuntur sicut uenaria, id est uenena. Volētes ergo ad huiusmodi usus cōfectionum, quod in hoc artificio

cio laudem mereretur habere, eligere incipiamus, & recipiamus mistum, de uitis albi, de bono loco, & cum eo ceteris proportionibus, res secundum medicinē semita exurimandas imponamus. Sed claudam? in uase boni ligni, more alio

**que es junto cō san**  
**Abartin de Clal de**

rum uino rumq; & conficietur ibi quasi nata ra; quod arte est apprehensum uel comprehensum. Res autē quae postea sunt in musto, dum per naturalem ebullitionem ipsius musti aduincē interius colmāclatur, et expoliatur a uirtutibus ipsarū, et incorporatur uirtus earum musto, & depuratur uinum illud, minues operationē illarum rerum tanto melius, quanto delectabilius suscipitur. Et est penetrabilis per singula membra uirtus huiusmodi ex uini delatoris actiōis disseminatur, unde ubi rigoratur fortius, & citius resistit uocumētis, quando administratur, sicut & ubi oportet. Et illud est praesertim de uinumēto, q̄ in hac ebullitione non soluitur uirtus rerum; neq; alteratur, neq; debilitatur. Sicut quando fit cum igne, cum quo si fiat sit leuissimum, aut leuissimum, & continuatur sine fumo: Et illud ad se cretum, q̄ quando fit in uegete, & cooperiatur foramen uegetis, cum scutella parua, ut fiat exhalatio uentositatis, cum modica eleuatiōe a latere uino, ut reprimatur quod ascendit ad interiora. Et quando fit cum igne uas cooperiatur, tunc autem non eueniatur, nec amittit de uirtute ipsarum. Et quando fit cum igne oportet metiri, q̄ res de decoctioe sublinet, & regere ignē illud quidem non est paruae considerationis. Sed quando fit in uegete, excusatur ab hoc, & relinquatur operationi naturae. Et uino quidem in se quae se proprietates magna in natura humana. In quo enim Rafus absolute loquitur: de eo, dicens. Vinum non solum confortat naturalem calorem, uerum et turpitudinem sanguinis clarificat, & aditus totius corporis, maxime uenarū aperit, epatis opilationem auferit, & chrosam su mofitatione tristitia generatiua a se expellit: totiusq; corporis membra corroborat. ut nō solum sua bonitas in corpore, sed etiā in membris offēda tur,

De  
zil  
No  
ni  
on

Confes-  
choisui  
in arti  
ficialis  
modus

no intellexit Gal. cum dicit. Vinum quoq; palmeum est melioris saporis et odoris, quā cetera uino. & uina quaedam ferita per se ipsa, ubi expectant, sunt medicina, & ubi non, efficiuntur sicut uenaria, id est uenena. Volētes ergo ad huiusmodi usus cōfectionum, quod in hoc artificio

Hic ha  
bēt pro  
prietate  
tes uini

aur, facit enim illam gaudere, & oblitisci tristitia, & confortat eam ad inuestigandæ subtilia, & difficilia contemplandam, eiq; tribuit sollicitudinis audaciam, & laetitiam de eius labore & dolore dimittit, & preparat preparatione in instrumentis,

ut spiritus & anima cooperatur cū eis. Etia sumptū secundū quod expendit, omnib; est

¶ **glesiā: donde son los mejores uinos del mundo/ maxime encerrados en Luis**

conueniens etatibus/ temporibus/ & regionibus. Et ipsam idem est semibus, pro eo: quod eorum siccitati obuiat, et medetur: iuuenibus uero cibis, pro eo, quod natura uini, nature uis uenis est similis. Pueris uero cibus & medicina in eo quod auget ipsorum calorem, & nutrimentum, medicina uero, quia quam attraxerunt humiditatem desiccatur. Nullus autem philosophus in sanis eius usum uituperat, nisi secundum quantitatem mixtionis aquæ cum eo. Sapientes uero assimilauerunt ipsum tyriace magne, quia ipsum est rerū contrariarū optimū, quia calēfacit corda siue corpora frigida naturaliter, et per se, & infrigidat calida per accidēt. Valet cū sua subtilitate perferre, & ad loca longinqua deesse ferre secū aquā ad mēbra si indiget refrigerari, sic sitis, & humectat: hinc est q; ipsi p̄fectiores sciētie medicine elegerūt uinū, & des. ipsarū de eo capita multa, & in eo decreuerūt tunc fieri in usu humano utiliorē, quoniā est nature humane amicissimū, et receptor omnino bonorū ciborum, et retheficator malorum, Testis catus est enim Auer. in diebus suis, q; nec cibus, nec medicina expolietur ab ea nunquā. Et filius Mesue de consolatione medicinarum, reubarbarum pro meliori preparatione iussit emoliri in uino, & illud uinum laxatiuis potib; immisceari. Et idem empirici sciūt, ut sit ingenium medici ad conuertendum saporem medicine in gustū cibi, sicut melius possibile est, ut natura deleatur, amplectitur illam, ne ex illa terreatur & nauaseatur. Ad hoc enim uinum bene est aptum,

& ex hoc sermone ingeniati sunt nonnulli modorum diuersarum preparationum modis inuenire, ita ut alij cum pulueribus, alij cum cibus & potibus, alij cum unctiōibus, alijq; aliter multipliciter multisq; modis medicinalia,

sed & medicinam laxatiuam inueniunt his modis corporibus applicare. q; Galeno & Auicena, & a

la, o lleuados a Luis caya: y a otras partes: y como hombre de experientia que

hys peritioribus non placet, ex eo, quia natura impeditur a diuerso, & potissime, quia occurrit per eam in operatione obuiatio nature commotæ in opposito, quod est, quia membra ex parte ad se trahunt ex cibo alia mentum ad circumferentiam, & ex parte humorum rabitur uirtute medicine ad centrum, & quia ad huiusmodi transgressionem se excusat, offeruntur semper istam obuiationem fieri in corde quod nutritur, pro eo, quia membra, ut dictum est, ad circumferentiam alimentum trahunt, & si, per remanentia a conuersione sua: quoniam in quolibet membrorum hac expulsiuam ad uasa euacuationum trasmitit. Et dixit forte istus seclæ est Macrobius, qui ancloritas plurimū iussit pillulas aloeticas sero post coenam immediate offerri. Et ego tentauit, & repertum inuamentum, & non nouamentum, Et quis tam in medio cibi granum aloes recipiunt, ad casiam siest. & statim recepte superponunt cibum, & operatio bona & laudabilis sequitur. Et ueræ medicine, que non sunt uolentes, et sunt tardæ operationis, & medicæ extensionis, nigoranatur, & meliorantur, si simulantur cum cibo. Redeamus ergo, & dicemus quot modis confectioinum sunt de uinis. & usus eorum secundum rationem est de excellentioribus medicis, quibus potest medicus se innare, propter delicias in quas uenit nostris temporibus in delectatione antidotorum antiquorum. Et nos, cū benedictione dei, de confectioinibus ipsius inueniamus. Ad huciam? super hoc canone generalis,

nota bene quia multis experitū & a multis.

Quæ me dicunt q; nō sunt uolentes & fortius & melius operantur dā cibo, & facienda



# De vinis.

quem exedit quemq; artis medicinae artificem  
pre oculis semper habere in omni medicinas  
lium applicatione, ut videlicet de nominibus,  
& causis egritudinum. & potestatis res  
rum singularium sit instructus, ut sciat mes  
dicare rationas

bilibiter, & su  
um iudicium  
operi applica  
re, cum condi  
tionibus gene  
ralibus que ad

lo: tēgo de mi cogi  
da me alargue: aū q  
beuo mas' agua qno  
vino: y no soy muy

hoc requiruntur, ut videlicet nouerit discere  
nere inter naturas, complexiones, & regio  
nes, & tempora, & consuetudines, & eta  
tes, & inter hos effectus qualitatium elemen  
talium actiuarum, & passiuarū, & huiusmo  
di: sine quorum cognitione panem & carnes  
comedere sine scientia medici habet dubietatem.  
Quare consulitur unicuiq; ne presumat alie  
quod medicinale offerre, nisi sit medicus, uel  
de periti medici consultatione, quoniam secun  
dum Gale. error in medicina est pro eo, quod  
fit in subiecto nobiliori, & ut plurimum non  
de facili recipit correctionem. Vterius autem  
habeatur prouiso, ut uas sit lignum, & de  
bono ligno, & mundum ab his superfluitati  
bus & stiptibus in quo uinum introducitur cō  
ficiendum. Et sit uinum expressum de uuis be  
ne maturis, & mundificatis a corruptione, ne  
propter maturitatem transeat in acetum, Et  
modus confectionis seu excorporationis rerum,  
que uino admiscetur, est triplex. Et melior mo  
dorum est, quod res ipse decoquantur cum a  
liqua quantitate musti, & spuma remouea  
tur, & hoc donec de musto sit tertia pars con  
sumpta, & quiescant per noctem, & mane  
per colatorium ligneum desileat. Deinde cum  
quantitate conuenienti ad saporem alterius ui  
si permisceatur, & ponatur in uase, & coope  
riatur os uasis cum scutella, & ab uno latere  
aliquantulum subleuetur, & obseruetur sic do  
nec defernatur, deinde bene cooperiatur, &  
cum oportum fuerit recipiatur ab illo. Alius

modus est, quod recipiantur res, siue uirides, <sup>Alio mo</sup>  
siue sicce, si uirides aut recentes non inueniantur <sup>duo.</sup>  
& conuassate in sacco de lino ponan  
tur cum musto albo in uasculo, & tantum  
dem eiusdem musti bulliat, & desumpetur,

afficionado al vino:  
po como medico soy  
obligado a labello  
como lo recita Gal.

& predicto ni  
no misceat, et  
cum clarificas  
in fuerit ex ip  
so recipiatur.  
Alio modus est,  
et fit in mome

to, & omni specū igne, & taba uina recipi  
tur aut per se, aut mixtum alterius uini uel a  
que, sicut facit: et quia naturaliter uinum, ut  
diximus, recipit omnes impressiones saporis  
atque odoris, laborandum est cum ipse pote  
rit, quod res ipse de decoctione, facere poss  
sunt cum uino imponuntur, ne in his uel eos  
rum aliquibus faciant innotationem fortem,  
tunc adde musto mel, uel zucarum in debita  
quantitate qua excessus ille rerum occultatur  
secundum meliorem estimationem, uel si ex  
cautela precessit, nec possit aliter obuiari, tem  
peretur illud cum eo quod remouet delecta  
tionem eandem, ut si supersit amaritudo uel  
acetositas, temperetur cum dulci, & sic de  
similibus, & si minus exit calefactum, infri  
gidetur, & sic contraria contrarijs rectifi  
centur. Memorandum uero, quod interdum  
quedam uinorum confectiones oportet ad ige  
ne fieri, ut diximus, aut ga aliter fieri ne uentur,  
uel ga facta non inueniantur, et necessitas non pa  
situr. Tempus expectationis est, quod quidam  
Hermetis filij appellauerunt ignem solem, &  
quidem calorem naturalem rerum uitalium,  
& dixerunt eorum aliqui in quibusdam eorum  
secretorum libris, quod illud quod operatur ca  
lor solis in uisceribus terre in mineris, in cen  
tum annis potest etiam fieri per ignem de uino.  
Ignis autem facit acquiri aut detegi rebus qui  
bus applicatur alias & alias proprietates, & to  
tam naturae opus non est occultum deo. Et dixit  
quidam, q. de subtilibus que sciuntur ab homi

De  
zil.  
No  
n:  
on

triplex  
est mo  
dus con  
fectiois  
uini.

nibus nimium est, et go. Et quādo expedit cum igne aliquid fieri, fiat cum cautela, quoniam in administrando illum rebus excoquendis, non est parua pars sollicitudinis. Et inde est q. pauci qui comeduntur, frequenter se sepe vituperantur. Et quidam non aduertunt hoc in multis que per ignem sunt magisterijs. Et ideo in pluribus de sciunt atq. decipiuntur eorum examinationibus.

#### ¶ Vinum mirabile pro melancholicis.

**V**inum mirabile pro melancholicis cordiacis ex aduſa cholera laborantibus, præsertim in viſe epatis, urinarum, et uenarum, et pro naturaliter cholericis, tollit enim tristitiam, et inducit læticiam, et facit hominem compoſite rationis, et totum cor cholericum hominis in melius disponit, et incineratōes humorum rectificat, ualet contra omnes quartanarios ex aduſione patientes, et facit utentem eo bonum sanguinem habere, laudabilem habitum, secundum animæ rationalis dispositionē reuiuere ſereno tu dei. Cuius hæc recepta. sc. Buglossæ mundæ ab interioribus medulis lib. .j. sene. libr. .j. rosarum rub. florum boraginis, et buglossæ, an. lib. .j. conuassetur, et ponatur in sacculo qui ponatur in uase rapiente tres sarcinas asinorum, et habeatur recens mustum expressum album, et medieta eiusdem musti cum dictis rebus ponatur, alia medieta immediate bulliatur et desumpetur, quo factō in uase prædicto ponatur, et tali uino repleatur, et cū clarificatum fuerit per totum annum, maxime ue. re. hyeme, et in usu habeatur autūno. Sed quando est pro custodia et regimine sanitatis, nō ponatur sene. sed bene ponit albi et rubei. an. .j. .j.

#### ¶ Vinum cordiale.

**V**inum cordiale est proprie uinum borraginatum, et uinum de melisa, et uinum de speciebus. Vinum uero borraginatum sine buglossatum, ualet proprie contra cardiacam/meniam, et malitiam, et tremore cordis: et mundificat sanguinem, et malas auferit suspiciones,

et uile est in omni specie compositionis scabiei et lepre. ad ducens læticiam, et inclinans uentrem ad lubricitatem, et sit quod in lib. .i. ipsius, ponuntur musti libr. .vij. mel. xliij. et bulliantur donec residueat, et clarescat. Et proprie confortat regnum uirtutum, et quando succus eius clarificatus bibitur cum uino, purificat sanguinem, et non indiget dulcoratione: quia talis succus dulcis est. Vinum buglossatum, secundum Macrobiū sit, quod radix buglossæ bene mundæ mittitur in uino, donec uirtutem et saporem sumat ipsius, et assidue bibere, quoniam humores melancholicos et aduſos educit per urinam, et rectificat cerebrum in effectum sumositate melancholicæ. Et ego addo, quod dementes et fatuos, quos ligari oportet, sanat, et ad sensum et discretionem reducit, et testis sit conscientia mihi. Quia uidi liberari quandam dominam de urbe, que frequenter ex quacumq. ira uel malicia efficiebatur fatua, loquens uerba uituperosa, ita q. oportebat ligatam teneri in domo sua, donec furia illa cessaret. Et fuit sciium huiusmodi remedium ex doctrina cuiusdam peregrini, qui peruenit ad domum illius, elemosynam petens.

#### ¶ De uino passulato.

**V**inum passulatum sic fit. Pro qualibet sartina uini ponatur passularum pinguiū sine arrilis passularum. lib. .ij. et bulliant in aliqua quantitate musti, et superponatur olij musso, et in uetegete intromittatur, et in duodecim diebus erit clarificatum. Et est bonum, odoriferum, et oportet misceri eam est in uetegete. Et cum clarificatum fuerit, recipiatur de eo, maxime in hyeme. Et est uinum senium et decrepitorum, et melancholicorum, et phlegmaticorum, et præcipue mulieres impingnat, lenit pectus, et confortat stomachum, et addit in substantia epatis, et confortat ipsum proprie, et calefacit sanguinem, et resistit putrefactioni, et mouet de nauſatione et mollificatione stomachi, q. accidit ex corruptione ipsius. Et est bonū in tussi, asma, et lubricat uentris naturam

## De uinis.

liter, & stringit lubricitatem accidentaliter: sic  
caus lenteriam, & similia, & confortat proprie  
digestiuam, & retentiua, & expulsiua, et  
ualet contra syncopis, & contra tympanitem, et  
qui est potissime in eo pblegma, et perambulat,  
nam humiditatem seu aquositatem consumit, et  
usus eius prohibet nasci in corpore apostemata,  
si deus uoluerit. Et qui assiduat illud, non pote-  
rit uidere excrescere in corpore suo agritudi-  
nem pblegmaticam.

### ¶ De uino laxatiuo.

**V**inum autem naturaliter laxatiuum fit  
hoc modo. Scindatur uitis per longum,  
& trabatur medula ex ea in aliqua quantitate,  
& impleat scamonea, uel belleboro nigro, aut  
esula, uel alio forti laxatiuo, & stringatur uis  
& ligetur: sicut quando inferitur, & tran-  
sibit liquor perducendus ad generationem uina-  
rum per locum illum, & inficietur illis, & fiet  
uina laxatiua, & uinum laxatiuum, sic quoq;  
fiet in prunis. Na Paladius in libro suo de agri-  
cultura docet facere alia laxatiua cum frequen-  
ti adaquatione de sepo caprarum, Et similiter  
docet facere rosas albas nasci uirides uel azules  
per eundem modum ponendo colores in medio  
stipitis plane rose. Et modus iste est de excellen-  
tibus operibus medicine secundum genus laxa-  
tiuorum de quibus fieri potest, quoniam malis  
ciliarum rerum alteratur tantum per recep-  
sum uirtutu carum a substantia, que faciunt  
operationem sine nocumento, licet magis pigre.  
Et hec est nobilior exorporatio medicinarum  
que fieri potest, & pauci sciunt hoc. Et inuenta  
est iam una uina cuius quodlibet granum mo-  
uebat sellam unam, & reputabatur ad miracu-  
lum, & per triduum similiter. Nec est forte,  
nec admirabile scienti illud. Et qui scit naturas  
& potentias rerum, simplicium, & habet ima-  
ginatiua fortem in opere nature, facit mira-  
bila, & etiam quando in aqua, uel in uino tran-  
sibit uirtus laxatiua, ut prima sicca, uel uine pas-  
sa, morcitur in uino donec tur gescant, & la-  
uantur uino, & recipiantur, & laxant. Et qui

nesciunt magisterium, mirantur. Beatus ergo  
ille medicus, cui deus dat scientiam & intelli-  
gentiam, quoniam est quasi nature socius, &  
non ab re: tantum est, quantum est in scientia  
Salomonis sue sapientia. Honora medicum. & c.  
etenim creauit illum altissimus. Sed horu mul-  
ti sunt uocati, pauci uero electi. Quoniam scien-  
tia medicine iam est reducla ad opinionem em-  
phoicorum, de quibus Ofler dicit. Cithonomia  
autem uniuersa contemplantur, qui enim plus  
ra singularia ad uniuersale reduxit, melior in-  
ter eos habetur. Idcirco bene diffinit quidam  
dicens. Medicina est scientia, que nascitur. Deus  
autem benedictus scire & intelligere ac opera-  
ri nos facit ad bene placitum suum.

### ¶ De uino citoniorum.

**V**inum de citonijs secundum Dioscoride,  
fit ex citonijs uinum, quod hydromel  
græce appellatur, ex multis compositiombus hic  
utilior est primus caniculares æstus quecumq;  
ex nouis imbribus aqua coelestis infunderet,  
nando uase suscipiatur, & in umbra posita  
sepius quieta coletur. Citonia uero iuxta mas-  
suritatem semibus alijs seminibus & lignis in-  
terius purgatis, & in parua frustra diuisis aqua  
eisdem immergatur, & tandiu cum ea relin-  
quatur, scilicet donec succus eorum transisse ui-  
deatur in colorem uini. Lento igne sine fumo  
bulliat, & expumetur, & reponatur in uase  
bene clauso. Et post septimum mensem pro uis-  
no uti hecbit, ad omnia corporis uitia que si-  
ptica uirtute indigent adiuuari: sicut diarrhoea  
tionibus & membrorum de seclibus, & sudoribus  
diaforeticis, & omnia membra princis-  
palia confortat, & stomachum, & eius uomi-  
tum uoluntarium, nasam, & fastidium res-  
mouet. Valet in omnibus fluxibus, & calcfas  
thone epatis, & rethificat ipsum, sanguinem  
recipientibus subuenit, & cum uomitus &  
cibum, adiuuat digestiuam, summum salicem  
tem ad caput reprimat. Ante uero cibum, res-  
tentiuam, seu contentiuam inuadit, & substans-  
tiam intestinorum confortat, & motionem

corum sedet, & usus eius letitiam inducit: & conuenit omnibus etatibus & complexionibus regionibus sua proprietate, secundum Auicennam. Et sitim sedat: & bonum colorem facit apparere: & ualet in debilitate renum: & confert ebrietati & comestioni nimie, prodest ecnualescentibus. Verum nimis usus eius inducit opilationem. Et ualet in corruptione & mollificatione stomachi. Et est bonum etibicis & pbehyficis. Inquit autem Albuonius. Quando multiplicatur pluuie in uers & in hyeme parantur morti homines, & eorum uia euasione uti rob. citionio &c. Consimiliter potest etiam fieri suo modo uinum citioniatum, assatum, scoriatiū calidum imponitur in eo, & permittitur in eo aliquantulum permanere, & bibitur, & dicitur supplere necessitate uiciorum uini praedicti.

#### De uino rosis marini.

**V**inum rosis marinum, id est de rore marino. inquit enim alior. Cū essem in Babyloia, accepi cum multa sollicitudine & precū in substantia a quodā antiquissimo medico saraceno uirtutes rosis marini, quas secreto Rabi. quasi nulli debere communicari, retinebat. Et dicit qd. de excellentioribus operibus eius cum uino, deinde cum balneo: deinde cum electuario, deinde cum sit ex eo oleum, quod est in effectu balsami, & uinum quod fit more aliorum. Eius proprietates sunt mirabiles: nam ipsum est utile in omnibus egritudinibus frigidis, & rectificat appetitum, & confortat sua aromaticitate, qua anima dilatur, & sua simplicitate, qua substantia ipsorum aggregatur, & fortificat omnia membra, & uentos. Quando lauatur ex eo facies, reddit eam pulchra. Et si caput lauatur ex eo; non cadunt pili, imo multiplicantur, & usus eius praeseruat proprie ab antraxe, et ab huiusmodi malis pustulis. Consumit pbehma, et melancholiam, & confortat proprie subtilitatem cordis. Et hoc facit acquirere ac consequi iuuenescientia. Et forte qui assiduauerit eo, non putrefiet corpus eius, & cum abluatur os ex eo, reddit odorem: & consolidat dentes, confortatq; gingi-

uias, & cancrum sanat. Quando lauatur cum eo cancer & fistula, huiusmodi uulnera desiccant, & rectificantur eo. Et quando quis ex longa infirmitate infirmus fuit debilitatus panem ezymi in eodem uino frequentauerit comedere, rectificat appetitum, & confortat eius membrum debilitatum & cum aqua pluuiali proprie decoctionis eius florum temperatum assiduatum rectificat pbehyficos & ethicos, & est secretum. Et uidelicet dictum uinum in cotidiana, & liethargia, & quartana. Et uidelicet in cordiacis passionibus cordis, & nausea, & dissentarijs, & fluxibus. Item & quod de excellentioribus operibus eius est, uicarium tyriacae contra uenenosos cibos & uenenum, & est tutela magna sē in potu quam in cibo. Et confortat uirtutem debilem regitiam, & est potus proprie paralyticis & tremulosis, & relaxationi neruorum confert, et podagrae paulatine, & in summa confert omnibus uulneribus proprie humide. complexionis, & rectificat eorum matrices, & prodest ad conceptum. Et sit electuarium ex floribus rosis marini, & melle despumato, secundū quod mel rosatiū. et est mirabilis usus eius ad oia praedicta. Et sit supha ex illa herba ex floribus, qd dicitur. balneum uaporosum mediante calore. Et est balneum uitae, & mors senectutis: quonia assiduatio eius facit renouari, ut aquila iuuentutem suam, assiduantes balneo ipso, & est secretissimum, & si ex eo oleum, sicut mel, quod gerit uicem balsami, & est res arcana, cuius magisterium hoc est. Impletur amphora uitri floribus eius & clauditur cum panno duplicato cerato autē cū cera & coepertorio, ita q. non respiret, & sepelitur in arena usq; ad medium, & moretur hic per mensem unum: uel plus: donec flores dissoluantur in aqua: & separatur aqua illa pura: & ponatur ad solem per quadraginta dies: & inspissabitur aqua illa ad modum balsami. Confortat enim cortecerebrum, & ad totū corpus uidelicet. Confortat debilitatem memorum. Remouet pannos & maculas facies: seruauit iuuentutem, & patitur experientiam belisami: quoniam gutta eius super aquam pistata: patit fundum & stabit. Et si ponatur gutta

## De vinis.

ta eius sero in oculo, non tantum delet maculas, sed omne malum sanat, si tribus vicibus utetur. Amplius res experta est, q̄ aqua vite sine ardens, quæ est facta de uino in quo remota fuerit dicta herba, curat p̄blegma salsum, scorbium, canerum, & fistulam, q̄ non possunt aliter sanari. Et si fuerit & resederit dicta herba et flores, & ea si inungantur manus uel membrum paralyticum frequenter, uel ad calorem reflectiscatur, & quandoq; sanatur. Sunt & aliæ operationes singulares, quæ hic propter operis breuitatē omittuntur, cum sufficiant q̄ dicta sunt.

¶ Vinum contra opilationem splenis, & epatis, & ictericiam.

**V**inum contra opilationem splenis, & epatis, & ictericiam. Ponatur in eo folia & radices cicoreæ, scolopendriæ, in iunice, et modicum absinthij. & facta bullitione, uel bona calefactione, ponatur ipsius uinum in sacculo, & reteretur admodum clareti super prædictas herbas. Et si indigeret aliqua dulcoratione propter amaritudinem, ponatur aliquid passularij, aut zuccari, seu liquoritæ, et huiusmodi, & est mirabile in hoc casu. Et inuacendum quidem uinorum augetur et minuitur, secundum bonitatem ligni uasis & malitiam. Inde est, q̄ uinum cõseruatum in uase thamaritib; cõfert ualde spleni.

¶ De uino barbarico.

**V**inum barbaricum ad sanandum plagas solo potu. & De caulibus rubeis, & de urticis barbaris, de carbonibus, de cænabei, et anathasia, aut de radicib; rubeæ maioris, ad pondus omnium aliorum: & hæc omnia siccentur ad umbram, & post puluerizentur & ponantur in sacculo, & iaculus in uino bullienti ponatur, & dimittant sic esse, sepe sacculum ducendo per uas. Et bibatur de illo mane & sero, ad pondus .s. uel parum plus, & super plagam ponatur linteus subtilis, & solum caulis deo super, & curatur, & sanatur, & hoc pro deli-

catu, pro alijs uero datur de puluere quantum digitis tribus sumi potest in uino, uel ouo. Et facit eandem operationem, & cum his uulnera intrinseca & extrinseca sanatur, quasi diuisa operatione. Oportet tamen medicum metiri complexionem uulnerati, & eius consilientiam utrum uel de murmuræ, uel febræ habeat. Tunc autem non est ita secuta ista operatio, alias indifferenter operatur qui sciunt & sunt uicæ inuacitiuæ, & pruna laxatiua, & huiusmodi fructus siccij, qui reuolutione pellis corrugata humiditate communi bibitur retur gescunt, & fit q̄ ponatur uicæ passatæ in meliori uino albo quod habeatur, & tur gescunt & implebuntur uino illo, & commiscebitur medulla uuarum cum uino illo, & sunt uicæ quasi nouæ, & sapore erunt saporis illius, cuius est uinum. Et si ponatur ipse uicæ uel pruna, aut ficus in uino uel aq̄ in qua euacuata sunt aliqua laxatiua, implebitur humore illo laxatiuo, & acquiritur eis uirtus laxandi secundum genus excorporatorum in prædicto liquore.

¶ De uino extinctionis auri.

**V**inum extinctionis auri. Hoc uinum habet proprietatem magnam, in conditiombus multis, & taliter operatur. Extinguatur lamina auri in bono uino. uel uel i. uicibus, & dimittatur clarescere, & diligenter coletur, & conseruetur. Habet omnem uirtutem confortandi cor, desiccatur superfluitatē omnium aliarum perfusitatum a sanguine, & illuminat substantiam cordis, & spiritus sua soliditate & sua claritate confortare, & suo temperamento temperare, & preseruando sanguinem a comestibilibus corruptione mundificare, & sua gravitate superfluitates ad partes expulsionem inclinare, & inuentatem conseruare, & uirtutes naturalem preseruare facit in eorum oceribus, & proprie soluit urinam denegatam, & sanat epilepticos & insensatos, & conseruet elephantia crosis. Et multi moderni uim de nobilibus, & maxime de platis, faciunt bullire penas auri in coquina coram sumenda, & aliqui recipiunt in

De  
zil

No  
n:  
on

# De vinis. Fol. xxviii.

panellis, cum electuarijs, & alij in limatura, si  
cui in confessione que dicitur diamar geritio,  
in qua intrat utriusq; auri salicet, & argenti  
matura. ut quidam nituntur tenere frustra auri  
in ore, & salua deglutire. Et qdā alij cōuertit  
in aqua potabile, et sufficit in modica quātitate.  
Et est ipsum vinū adeo pseruatiū sanitatis et  
prologatiōis uite, ut difficile sit credere. Et qdā  
aliter & aliter diuersis respectibus, sicut diuers  
se sunt hominum considerationes. Et quidam  
assiduuntur tenere in ore, & si faciunt propter  
rationē, nō tamē hoc agunt absq; similitudine  
veritatis. Nā cōpētū est qd tenere argentiū in  
ore, tollit stūm, & corallus in ore reticus confor  
tat stomachum, & ipse qdē corallus suspensus  
ad collum, ita q; pendeat versus stomachū, pros  
hibet stomachi cōturbatiōem. Et copertus sum, q;  
appositū inuāt, & depositū deficit inuacētū,  
& si apponitur inuacētū redit. Et breuiter om  
ne vinū suscipit virtutē & operationē rerū que  
exvirtuantur in eo, sūm modos iam dictos. Et ad  
ista capitula multiplicanda, sufficit ingenium  
boni artificis, & sciētia simplicium. Et aurum  
quidem uerum, est res perfectissima, tempera  
mēto aq̄li cōpositiōnem, in tali proportione ele  
mentaria uirtutū cui de cōpositū non est simile,  
& p̄ter id quod habet de uirtutibus & pro  
prietatibus a natura, insunt ei ex influētia cœli,  
scilicet uirtutes aīe. Quā scissura facta ex eo nō  
umescit, & propter p̄renitatē sciētie est quasi  
stella cœli, quoniam ipsū est impassibile, neq; obū  
bratur, nec dissoluūt, & alteratur, & est q̄st  
miraculū in uia nature, cū sit res cōposita &  
elementalis. Cōfortat in sup̄ & sincerat sup̄ oia  
substātia cordis, & minerat uite, & paliat les  
pram, & refrenat illā proprie, quorū operum  
effectus non reperitur nisi in uero auro, puro, de  
uina creatio in usu dei. Ideo fallū in hoc alchē  
uiste, nam: & substātia, & colorē auri faciūt,  
nō tamē uirtutes p̄ctas in eo insundūt. Immo  
aduerediū, q; qn recipitur qd sit de auro dei, &  
nō de opere manū hominū. Nā illud propter  
res acutas, & extraneas a natura humana, q; in  
eius sophisticatiōe inueniuntur & ingrediuntur,  
noceret cordi plurimū & uitē. Et deus beo

neficius creauit illud ad salutē humanā, uidelicet  
et ad necessitates eis ministrādas, opera charita  
tis moderato usu. Sed ipsum propter ipsū usum  
immoderatū & p̄inatū & modū iniquā con  
uertere tota die molitur uaritas hominum, quō  
thesaurizant, & ignorant cui congregant ea.

## ¶ Vinum raspatorium.

**V**inum raspatorium, id est lingua quadam  
simplicitate mordens, & est p̄uocatiū  
appētus, uillos stomachi cōgregando propter  
pōticitatē, & mēbris ex calore dissolutis, possit  
sime in estate, & cholericis, & sanguineis est  
medicina, & sit, q; ponatur aliqua uīe acerbē  
cū maturis quādo uīe pistatur, uel qd melius  
est, refertur uīe, & pistatur cū rapacijs in ali  
qua quātitate, & immittatur ugeti cū musto &  
trahetur, aut mustum illud a succo & rapacia  
rum, & granorū uīerum que sunt acetosa  
cum pōticitate, alias simplicitate.

## ¶ Vinum contra obliuionem.

**V**inum ad memoriā reparandā, & cō  
tra obliuionē. R. 33. 31. piperis longi  
galange. An. 3. iij. gariois cubebē. an. 3. f.  
mēis indice 3. i. & f. fiat puluis, & ligetur  
lente in sacculo, & ponatur in uino libr. viij. bul  
lienti extra ignem, & cooperiatur, ne respiret,  
& permittatur clarificari, & cum opus est  
absiduetur, nec sacculus deintus remoueat. Et  
ualet etiam ad calefaciendū infrigidatos, &  
humidos desiccandos, & contra omnem dīferas  
siam phlegmaticā, & uentositatiem.

## ¶ Vinum quod inuat stomachicos & melancholicos.

**V**inū in quo .x. 3. epithimi bullite fuerint  
uel esule per noctem, mane colatum, et  
bullitum, stomachicos & melancholicos inuat.

## ¶ De uino eustrazie pro oculis.

**V**inum eustrazie ad oculo. Ponatur de  
ipsa eustrazie in musto, & fiat uinum eu  
straziatum, cuius usū oculi senum reuenerēt, &  
& aufert impedimentū eorum defectus uisus  
ab omni homine de quacūq; etate sit. n. habet  
tudine phlegmatica proprie sine purg. Et est  
r. iij.

## De uinis.

enim qui permansit nihil uidens per longū tem-  
pus, & infra annū restitutus est ad usum, usu  
eius, ipsa enim herba calida est et secca, & habet  
hanc proprietatem. Et quando puluis eius come-  
ditur cum rubra, id est cum rubra parte eius se-  
cit idem, uel de puluere recipiatur cum uino. Et  
sugsumt testes fide digni & credendi, q̄ fecerunt  
in seipsis, & q̄ non poterant legerē sine ocula-  
rijs. & legerūt postmodū absq̄ illis in literā  
subtiliore. Sed usus uini eufrasiati nō habet par-  
in proficiendo. Et si nimis ebet uinū forte, tempo-  
peretur cum aqua femiculi, & si opus est adda-  
tur zuccarū albū.

¶ De uino emule campanæ.

**V**inum in quo steterit emula campanæ per  
triduum, mirabiliter uisum clarificat.  
Vinum cuius tercia pars aque rosarum in quo  
remolita fuerit tertia prius ter decolla per diem  
naturalem, aut de aloë dissolutum fuerit cū mo-  
dico zuccaro collirizatum, abstergit, & mun-  
dificat catibicas oculorum, confortat & clari-  
ficat uisum, & nō permittit humores fluere ad  
oculos, & fluxus dispergit, & lachrymas con-  
stringit.

¶ De uino saluato.

**V**inum saluatiuū diuersimode faciunt,  
quoniam aliqui suspendunt fasciculum  
saluie in uasello, aliqui coquunt. Sed quocumq̄  
modorum fiat, ita q̄ nec corruptum, nec altera-  
tum, sed si in sua permaneat bonitate, mirabilis  
est usus eius in remotione ginguarum. &  
dolore dentium, ex commotione, & præcipue  
omnium neruorum, & neruorum membrorum.  
Et confortat membra lapsa debilitata pro-  
pter abundantiam aquosi pblegmatis, sicut in  
paralyti, & huiusmodi. Et temperat in multis  
habentibus dolores & contractiones spasmosas  
neruorum, cum unctioe uini decoctionis eius,  
& aliquotiens liberati sunt. & est res certa, &  
melior quam unctio in hoc casu. Et ualet in  
epilepsia proprie ex causis stomachi et matricis,  
quomam sunt loca neruosa.

¶ De uino absterisionis faciei.

**V**inum absterisionis faciei et manus, dissol-  
uatur tartarum uegetis albificatum in

igne, & desolatam per filtram, et congelatam  
in bono uino græco, permittatur donec clarifice-  
tur, & de eo lauitur manus, aut facies: & non  
tangatur donec exiceat, & tunc iterum lau-  
tur cum aqua. Idem facit uinum, in quo sic est  
dissoluta clara oui, donec sit currentis, sed expedit  
renouare omni secunda die. Vfus autem huius  
iustmodi absterisionis, retrahit cutem, subleuat  
pelle, sanguinem ad superficiem perducit, con-  
rugationes cutis auferit.

¶ De uino yfopico.

**V**inum yfopi uirtutem habet diureticam,  
dissoluenti, consumenti, & atrabendi,  
ponatur de ipso uino yfopato deliquiri. Est enim  
proprie uinum senum, & potus eorum ualet  
in tussi humida, & epilepsia. Et multotiens usus  
eius sanat eam, maxime in pueris. Et omnia loca  
humorosa si laentur cum eo desiccat, & sa-  
nat, sicut pulmo, & matrix, & aperit uias hos-  
cales, & facit uocem claram. Est enim herba ca-  
lida & secca. Ad idem ualet uinum liquorice et  
ordi mundi, & confert asmati. Item uinū luno-  
pbatum cum quo dissoluitur sunt penidie de sea-  
ro in introitu lecti receptum, aperit pedes, stris-  
ctum habiliat ad respirandum, confert tussi, &  
maturat catharros. Item dictū uinum yfopi assi-  
duatum, sanat hydropicos & caducos, proprie  
pueros.

¶ De uino confortante omnia membra.

**V**inum confortans omnia membra prin-  
cipalia, & sanitatem eorum conferas  
fit de zimzibere albo 3. i. cerdamomo domesti-  
co 3. ij. cinamomi 3. ij. macis 3. ij. coriandri præ-  
parati 3. x. rosarum Rub. 3. ij. colatum & clari-  
ficatum in mundo uase seruetur & utatur.

¶ De uino ad confortationem to-  
tus corporis.

**V**inum aliud ad confortationem totius cor-  
poris fit de cubebis, garioflis, zimzibe-  
re optimo. ana. 3. ij. passularum. 3. ij. bulliantur  
in optimo uini lib. ij. donec ueniat ad duas, et cū  
hoc ponatur bullire aquæ rosarū. 3. ij. & zue-  
ceri. et bibatur ex eo mane 3. ij. uel minus. Vfus  
autem eius confortat cerebrum, & uirtute aui  
malem compescit rerum frigidum per ambulatō

uuum, & conferit omnibus senibus, & ualet contra syncopim & lipotomiam, id est defectionem cordis, cum malefactione membrorum, & stomachi frigiditate, & indigestione, consumens superfluam humiditatem derelictam ex fructibus seu uitrimento non diuisam, & rectificat colorem, sciendo cibum digeri, & fieri bonum sanguinem. Et contra uentositatem & actiones matricis ex frigiditate, uel ex nimia humectatione, dum natur aliter primantur a conceptu si bibatur uel pessarietur. Valet etiam contra uomitum, contra hienteriam, & omnem digestionem, omnia spiritualia membra confortat. Et est utilissimus usus eius comalescentibus ab aegritudinibus chronicis & frigidis, in quibus principalia membra sunt infrigidata atque defecta. Et est uirius cauita, & conferit iussi & peccatori.

¶ De uino fenoulateo.

**V**inum fenoulatum fit proprie de semine eius. Valet contra caliginem oculorum: excitat uentrem, dissoluit hydropicum & cacochymum. Et ego probavi in pueris, & inueni uerum. Obuiat uenenis, uel cibus malarum qualitatium, et contra risum, & pulmonis causas. Multiplicat lac, & sperma. Et quando fit cum radice ipijus inuat nescim, & medetur aegritudini uescice, quoniam purgat materiam, & soluit menstrua, & uinum quidem proprie de eius semine tollit nauisiam, & sedat lateris dolorem, uentositatem expellit, digestionem confortat, opilationem propter sui amaritudinem aperit, splenis, et epatis, & uiscerum dolorum placat.

¶ De uino anisato.

**V**inum de aniso aperit opilationes meaneum & uiarum interiorum, & presertim a colica & uentositate, & rectificat digestionem, et eructuosam accotiositatem tollit usus eius, & proprie competit mueribus, quoniam aperiendo poros & subuulando sanguinem atque calefaciendo multiplicat lac aquosum, & quando zucucaratur est melius, & tollit dolorem renum. Et in isto quidem renum ex uentositate, et arenulis non inueni sebi uisum remedium, quam accipio sine usus istum in eluctuorum ante coctionem, saluet, & diuisi & diadraganti.

Nam statim faciunt dolorem quiescere, & multo dicendo renes adduci arenam per urinam. Et ipsum quidem uinum potest fieri cum igne & sine igne.

¶ De uino senescentium.

**V**inum senescentium hyemali tempore ualens multum melancholicis & phlegmaticis, renes & totum corpus calefacit, cruorem demorroidarum tollit, cibum digerit, & bonum colorem facit, lumen acuit, canos capillos retardat, mentem confortat, & in opilatione ualet, ut cetera pigra, preter quod amarefcit, nec laxat, quando uinum sic fit. R. cinamomi carpobalsami xilob. masticeis ʒ. ij. liquiri passularum. an. ʒ. ꝑ. zucari, quod placet. & potest fieri sine decoctione, preter quod in muslo in modum reclaris, ponendo species in saculo in colatorio, & reterare uinum malefactionem, donec dissoluatur clarum; & uirtutes specierum exiuratur, quod scitur per gustum. Et hic est melior modus.

¶ De uino esluo.

**V**inum esluum, id est proprium in eslatum. Sumedum est proprie uinum rosatum, & potest fieri cum muslo de rosis rubeis sicis, sicut uinum buglossatum, & fit leuius & citius, atque melius. Et sufficit talis modus, uidelicet in uino potissimum rubeo si mittatur in ampbora hora comestionis de aqua rosata quantu placet sapor & odor, et bibatur refrigerat cor, membra principalia confortat, & custodit membra ne dissoluantur eorum usus a calore, & dissoluta restaurat. Valet contra putrefactionem in febribus proprie pestilentialibus. Et ipsum quidem uinum ponit tractatum in regimine sanitatis, in cholericis, & tempore, & locis calidis, et est medicinale, quoniam ualet contra hienteriam & dysenteriam, & defectum uentositatis, & proprie temperatum cum aqua pluuiali, ualet contra uomitum, & syncopim, ualet contra diaphoresim. Et assiduatio lauacionis dentium cum coctio fertat gingiuas, & os redoleat facit bonum anhelitum, & faciei lauatio cum coctio facit carnem solidam & coloratam. Et quod distillatur gutta eius in oculis, acuit cecum oculo, quoniam multo dicitur in uinum, et confortat substantiam oculorum rone rone.



# De uinis.

## ¶ De uino ebulato.

**V**inum ebulatum, id est de granis ebullorum, & est laxatiuum. Decoquantur grana ebulli quando sunt matura, & proprie tē pore uindemiarum cum musto, & remoueat spuma ebullitiōis donec de musto sit tertia pars consumpta, & in nocte ponatur ad serenum, in crastinum uero per colatorium ligneum, per filerum, quod melius est desiliter, deinde recipiatur quantitas ipsius musti colati: & ponatur in alio musto donec placeat tibi color & sapor, & mittatur in uase, & expectetur donec ea deferuescat, & tunc clarificetur cum clarificatione clare uorum: & in alijs secundum usum illorū: qui preparat uina. Ita etiam potest fieri de uinis ueteribus si placet. Et est simile in operibus uino de radicibus ebullorum, et magis delectabile, sed non sic operosum. Et quanto plus sit de uirtute dictorum granorum, & magis ad spissitudinem tendens, tanto magis erit laxatiuum. Et semper gustus probatiōis sit iudicium, in commissi bilibus huiusmodi confectioum, & de uirtute eius, reperietur in proprietatibus ebullorum.

## ¶ De uino alberengi uel alkeliengi.

**V**inum alberengi, id est uinum de arilogia longa, scilicet de pomis rubeis ei⁹, quod secundum aliquos dicitur solatru rubeū. Et tempus collectiōis eius est tempus uindemiarum, cum primo illa sunt rubea, sicut cerasa, plena grana, sicut grana ficuum, & latent in foliulis, & sunt boniaporis cum quadā amaritudine, & colliguntur, & seruantur in silo per totum autū in foliulis suis, & non putrescunt, nec exficantur. Et cum adest tēpus operationis, accipiuntur de illis duos aut tria aut plura, & conteruntur cum bono uino græco, aut alio bono uino, & colatur & bibatur, & cōsistim soluitur relicto urinae quantitatēq; dissicilis sit, & duratur, & educit numeram calculosam de renibus, & de uescia in maxima quantitate uisibiliter, ita ut manū colligi possit: & inter passulatum usus eius, (sicut ab huiusmodi passulomb⁹. Quod si duratur fuerit aegritudo, et in febribus fatem cum hoc adutorio remedatē, & pass-

ciore & leuiore sustinent passiōes. Et suit tēpore meo Cardinalis qui iam per quadriduum urine abnegatiōe passus est, turgidus ut iter, desperatus, multis alijs sibi proficiētibus medicis de consilio periti medici per totum uini bus in smodi soluta est urina in quantitate, ut impleteret quasi concha una. Ex quo solo experimēto medicus ille cum parua scientia factus est magnus, & diues. Et multis quidem deus scientiā dāt magnam, & auferit utilitatem, & eōuerso. Et hoc totum est, quia medicus dicitur abyssus multa.

## ¶ De uino gramineo.

**V**inum gramineū dicitur, quod sit de radicibus graminis bene loti. Usus eius occidit lumbricos, a proprietate purgat renes, et uesciam de arenulis, aperit opilationes interiores epatis, & proprie, que sunt in mesentericis ex cruditate seu adustione. Et est quod principium in coctum bibitur, mitigat dolorem iūcturarum, & podagricorum, & arthriticorum, conuertit, & deriuat materiam morbi ad uias urine: quoniam est radix diuretica, tēperata propter dulcedinem, que est in ipsa.

## ¶ De uino contra quotidianam.

**V**inum contra quotidianam, quartanam, & tercianam notham, & est digestiuum, & laxatiuum, ut quod dicitur, educere bene possit. R. esule lib. j. epishi. 3. vj. polipodij cina momi passularum. an. 3. iij. maslicis 2. iij. z. es doary. gariofilis. an. 3. j. z. uccare quod sufficit.

## ¶ De uino fracto.

**V**inum quod dicitur uinum fractum uas lens febricitantibus sine uamento, sic fit. In tribus uel quatuor partibus aque bullientis posite in ampulla ponatur pars una uini, & ampulla ponatur in uase in aqua frigida, & refrigeretur, & secure bibatur. Hoc enim uinum aperit opilationes, & ducit materiam morbi per urinam, & multum confortat. Et si non bibetur uinum naturaliter, fermentetur panis cum uino loco aque, & utatur eo, & ueniet ei appetitus bibendi uinum.

¶ De uino diamon ualente ad generationem.



## De uinis.

me præ cæteris alijs modis colâdo, & teno me liorem. Et quidam seruant poma granatorum, Et eam uolunt ieiunio aut in comessione usq; uino eam uirtute granatorum, expriment grana per lintheum mundum in uase, & imponunt uino bibendo sicut placet. Et melior modus est cõseruare poma, quam succum in ampullis: quoniam in ampullis de facili recipit corruptione. Verum ad utruq; remedium, ut in sua per totũ animum seruetur integritate. Super uino aut granatorum posito in ampulla seu pbiale uitri, sua perponatur oleũ collo pbiale in altitudine triũ digitorum, & sine corruptione seruibitur, poma autem efficerent ad solem, & cum exsiccata fuerint in aqua feruentũ subito immergatur, & extrahantur ab ipsa aqua, & ponantur in loco non humecto, & a corruptione remoto, isto modo sine dubio conferantur. Sunt & alij qui tota estate singulis diebus mane ieiunio stomacho comedunt unum pomum uel mediũ granatum, & superbibunt mensuram optimi uini, & expectant a cibo usq; ad comessionem eius, & dicunt præseruari a febribus pestilentibus, & fluctuantibus, epidimia, & aeris corruptione, & non posse choleram augmentari: & ego laudo hunc modum propter delectationem quæ est in actu utroq;. Et iste modus intrat regimen sanitatis, cum hijs qui habent fortes stomachos, & sunt parati ad ægritudines calidas, & putredinales, defundationes, & uariolas, & quæ timent corruptionem aeris, & ignis, & pestilentie. Et quidam puluerizant de zuccaro, & recipiunt grana cum cocleario, & est bonũ, & ualet usus eorum, imo uinizatũ, quod est multo melius, quoniam ipsum uinum est in numero corũ quæ sunt cibis & potus, & attingit præter hoc ad sanitatis pseruationem. Sed usus excruciantium homini sano, est nocuus, cum acutum recipiatur per uiam medicine, non per uiam cibi. Et ego mistleotiens multos curauit leuiter et breuiter de calcificatione & ephimera, propter cursum rerum calidarum, ut teleritiam, & syncopiam, & opilationem de calida causa: nimis frando grana granatorũ in cocleari cum diastrodon, & triasandali, & rosata nouella sinul

mixtis. Et deus scit, q; non inueni melius, ac citius, & breuius remediũ ad rethificandum epas distemperatũ quocumq; modo de calida & consequentia propter accidentia, unde sepius pallor faciei, & discoloratio generatur, sicut dare circa principium tertie, & circa finem primæ digestionis coclearium unum de mixtura istorum trium electuariorum etiam sine potu. Et paliditas sine discoloratio, non generatur nisi ex defectu actiue digestionis, quæ est in epate, in quo fit generatio sanguinis, & humorum sequestratio. Sed hæc requirit differentia q; est quando accidit propter caliditate exuberantem aut frigiditatem ex hoc in toto corpore expressam aut circa instrumentũ ipsius tertie digestionis, quod est epas, aut in eo: & hoc discernitur ex signis urine, maxime & perceptione patientis. Et confessio prædicta in calida habet locũ, in frigida uero diarrhoea & rosata nouella. Et in omnibus remediandum uis, nam quicũq; magis scit, magis pscit, scilicet q; ægritudinũ curas p signa, & simplicia, & cõspicitur rerũ natura melius nouit, & cũ hoc sue rationationis operatione et propinquiore ueritati dirigit, cũ imaginatio ne facti, hic melius & leuius & citius curat. Et natura quidem uniuersalis nõ paucis principijs operatur mirabilia, & innumerabilia, & bono medico & ingenioso pauca sunt necessaria.

**De uino contra uentositatem, & tussim.**  
Vinum contra uentositatem, & tussim, & asma. In ipso enim uino intrat uirtutes anisi, feniculi, & liquoritæ. Ita q; liquoritã in duplo corũ sit, & assidue bibere.

**De uino aquatico.**

Vinum aquaticũ, est uinum sanctissimũ, & cognoui uirũ magna auctoritatis, q; nõ utebatur alio uino, & pro infirmis non est eliquid melius. Nã sit uino corporalis & usus: his uini & aquæ, & amittitur de fumo uini et furore eius propter aquã, & alteratur naturas his frigidas aquæ, & humiditas, siccitate & caliditate, remittitur caliditas uini & siccitas frigiditate & humiditate aquæ, ita ut fiat res temperata, & est res temperata, & est cautela ut bulliat

MINIMUM

vinū cū alio prius, ut melior fiat p̄mixtio. Et  
 sit aq̄ bona fontis vini. Et inde eximatioe p̄ cui  
 sum est apud vulgū vinū potadū temperatū an-  
 teq̄ ad mensam portetur. Et error magnus est,  
 approbatur maxime apud platos Et dominos,  
 ut aq̄ vino cū bibere volūt imponatur, ex quo  
 conturbatio, ventositas, et indigestio generatur.  
 Et de actionibus nō inserat nisi alexandrū, q̄ canē  
 ret in hoc passū. Et causa impedimenti digestiois  
 est sic diuersitas assumptorum, pro eo q̄ requirit  
